

Verum enimvero quis non videt, hac ratione con-
 fundi forum, quod aliquis sortitur, cum domicilio, cum
 tamen hæc duo tanquam genus & species inter se diffe-
 rant. Romam equidem speciem, fori competentis fu-
 isse allegati textus satis probant, inde tamen nequaquam
 evinci poterit, eam talem fuisse speciem, quæ domici-
 lium dicitur, siquidem à genere ad speciem affirmativè,
 uti notum, non procedit argumentum. Atque hinc
 alii rectius dicunt Romam non fuisse commune domi-
 cilium, sed communem patriam, quæ domicilio contra-
 distinguitur, eoque respectu eam certis quibusdam juri-
 bus esse gavisam vid. Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex. 9. §. 14. sqq.*
 quæ tamen jura mutato Imperii nostri statu hodie ces-
 sant, & ne quidem aulis Principum nostrorum, propter
 beneficium, quod subditis competit, primæ instantiæ,
 multò minus aulæ Imperatoriæ, propter superioritatem
 territorialem, qua gaudent Principes & Status Imperii,
 applicari potest. Struv. *d. l. ibique* Dn. Müller. *in addit.*
 Dn. Stryk. *Us. Modern. ff. tit. d. Jud. §. 19.*

Quod originis domicilium attinet, illud si filius ad-
 huc in eo loco, ubi pater domicilium habuit, sive civis
 vel municeps fuit, commoretur, nec alibi habitare cœ-
 perit, ipsum domicilium habitationis est, & a domicilio
 supra descripto plane non differt, nisi forsan hac quali-
 tate, quod locus habitationis simul sit locus originis sive
 domicilii patris. *L. 3. & 4. ff. ad municip. L. 17. §. 11. ff. Eod.*
 ex cujus persona filius ita domicilium nancisci dicitur
 Andreol. *Controv. forens. 239. n. 46. ibique Ddres.* Extra
 hunc casum verò & si filius alibi jam tum habitet, domi-
 cilium illud originis pro foro originis tantum habebi-
 tur,

16

17

18

19

20